



2b. 15



ILLUSTRISSIMUS PRINCEPS
ac Dominus, Dominus

GEORGIUS

Dux Brigiolignicensis
Silesius

ACADEMIÆ FRANCOFURTANÆ
RECTOR MAGNIFICENTISSIMUS

PRO-RECTORE
MAGNIFICO

Viro Excellentiss. atq; Consultiss.

M. CHRISTOPHORO
NEANDRO PHILOSOPHIÆ

moralis Professore Publ.

F U N U S,

quod

Vir Clarissimus

M. TOBIAS MAGIRUS

Profess. Log P.

Filiolo suo undecim dierum infantulo

TOBIÆ

hodierna XII. honorificè apparat,

Omnibus Academiae civibus

hoc programme indictivo publicè

denunciat.

LITERIS HARTMANNIANIS,

76.

28





Ulla excandescentiæ divi-
næ signa funestiora, nec humanæ
crudelitatis exempla truculentiora, nec
experimenta dolorum incuti exquisitio-
ra, quàm ubi in cladibus publicis erga
innocentissimam ac meliorem generis
humani partem scelera exercentur; Ma-
gnus ille Propheta, quando summa Ju-

Luc. 21. 23. dæis fata denunciatur, significare videtur: *Vae autem, exclamans, pregnantibus & lactantibus in diebus illis: erit enim necessitas magna in hac regione, & ira in populo isto.* Etenim nihil gravius Judaica natio, intra nassam quasi perditionis conclusa Hierosolymam, passa videtur, quam ubi maternum uterum abomi-

Joseph. 1. 7.
c. 8. Bell.
Jud.

nandum vidit sepulcrum; & genitrix quæ fuerat Mariæ vocabulo, proprii ferus popam, obsonatricem atque convivatricem pro nefas! conspexit. Immo omnis severioris iudicii quasi compendium & catastrophem luctuosissimam, hanc ferme ubique Deus ponit: *Parvuli eorum illidentur ante oculos eorum.* Hunc unicum veluti ultionis apicem, sceleribus patris contrarium & ἀντίπορον, Babylonis populus Dei impre-

Jer. 48. 3.
Hos. 13. 16.
Esa. 13. 16.

catur: *Beatus qui prebendet, & dissipabit parvulos tuos illidens ad petram.*

Psal. 137. 9.

Humana verò immanitas, nusquam quo excellat, quo fines humanitatis transiliat, quo Belli ferocis belluæ feritatem ostendet, quo vindictæ majore fruatur voto, magis reperit, quàm lenientiam parvulorum, eadem imbellium, necem innocentium. Quis opprobrium illud humani generis Herodem ignorat? qui nusquam se magis Herodem, id est, humanæ naturæ carnificem, pietatis hostem, innocentiae inimicum ostendit, quam ubi parvulis Bethleemiticis dedit ante sentire mortem, quam vitam. Æmulari hunc olim visus est Justinianus II. Imper. qui cum Chersonitarum infantiam trucidaret, tanta incolarum lamenta concitavit, quæ vel Bethleemiticos, ut Historicus refert, clamores & ejulatus superarint. A quo Ptolomæi La-

Manass in
annal. pag.
155.

mæi Lathuri sævitiles fidem impetret? qui integros puerorum
 mulierumque vicos ex Judæorum strage residuos, in lebetes
 fervidos membratim concidit; ut sub *αὐθγαμφαιας* simula-
 mine majorem Judæis terrorem incuteret. Carolus Magnus
 Saracenorum, Maurorumque & Normannorum infantes en-
 se solitus demetiri dicitur, ut qui mensuram excederent, con-
 festim occiderent. Temiris in parvulos sævitiles notior quam
 ut memorari debeat. Et quid operæ priscis mentem inferre
 memoriis, ac benè sitorum miseriam olim exaggerare? Adhuc
 dum Herodes sævit, adhuc dum infanticidæ regnum possi-
 dent, & proh dolor! in patria nostra possident: Harpyjæ in-
 quam illæ & monstra hominum, è nescio quibus Tartarorum
 inferorumque oris, Germaniam nostram infestantia: quibus
 ludus & protervus jocus est, fecunda cædere viscera, tenellu-
 los artus deartuare, ac Thyesteas vel hodie & ad mœnia fermè
 nostra, instaurare epulas. Ecquis credat tantum nefas; homi-
 nem ideo perimi, quia natus est, immo quia nasciturus est: vi-
 tam, crimen; innocentiam, culpam; silentium, accusationem
 censerit? vindictam ac furorem, ultra vindictæ furorisque sen-
 sum ac meritum prodigiosè porrigi? Infelicitatem denique
 parentum tanti facinoris luctu diffusorum, ut qui se non vitæ,
 sed morti; non humanitati, sed immanitati; non apud homi-
 nes natos, sed feras, genituros & genuisse liberos conspiciant,
 nulla elegia est, quæ defleat, nullus color Tragicus qui ex-
 primat.

Quorsum verò hæc? Si unquam, exulceratissima hac
 nostra tempestate, in quam omnis divini furoris, omnium sce-
 lerum maturitas erupisse videtur, puncto veritatis, vetus illud
 Græcorum à Midæ Satyro excitatū proverbium, donandū es-
 se, vel ab altera saltem parte: *Non nasci longè optimum est. proxi-
 mum, quam primum mori*; adeoque felicissimam eorum esse
 sortem, qui ideo venire ut abirent: & hanc vitam non tam in-
 grediuntur, quam per eam ad illam, quæ verè vita est, citatissi-
 mo pede transcunt: atque prius perpetuæ lucis adipiscuntur
 dignitatem, quam tenebricosæ hujus usuram percipiant: Tu-
 tissimam

Joseph. 13.
Ant. 21.

Avent. 1.
4. p. 218.

Chal-
cond. 1. 3.
pag. 96.

Lact. 1. III.
de fals. sap.
c. 19. ex
Cicer. con-
sol.

rissimam dein istorum parentum esse felicitatem, deque suorum salute securitatem, qui non tam mortalitati, quam æternitati, non tam telluri quam cœlo, imo prius æternitati, quam mortalitati, prius cœlo, quam telluri liberos procrearunt, & quasi datatim Deo βιοδώτορ, remiserunt.

Id verò est quod nunc temporis inter alia, quæ ipsi sive Scripturæ S. myrothecia, sive humanioris literaturæ latifundia promptissimè subministrant, Viro Clariss. Dn. M. TOBIÆ MAGIRO, Log. Prof. P. nepenthes suffundit delenificum, & ferali animum latrantem luctu componit. Qui postquam filiolum paterni nominis heredem jam tertium TOBIAM ex honestissimâ conjuge ANNA KRUMCRUGERIA V. Kal. Decembr. susceperat, quem mortalem, immo quem immortalem se genuisse sciebat, immortalitatis sacramento III. Kal. Decembr. initiatum atque incandidatum; undecimâ à natiuitate feria, Kal. Decembr. immortalitati, & tamquam cœli depositum, cœlo vicissim restituit: eo minori cum cordolio, quod tenellulum velut surculum, ab hiemis uredine, quæ nobis non tam à nivalium frigorum injuriâ, quam hominum efferatorum rabie impendet, solo sublimiori ac fertiliori concrediderit: Quicquid tamen mœroris superest, quando nil acrius parentes quam filiale funus stimulat, evidentio rem partem, Cives Academici, siquidem vestro honorifico comitatu exuvias hodiernâ XII. efferendas frequentaveritis, in vos estis corrivaturi: quod cum vobis communis naturæ consortium, fidei Christianæ commercium, professori debitum suadet officium; promptius etiam, si nostræ autoritatis pondus accesserit, videmini præstaturi. Rectè Valet. P. P. III. Id. Decembr. A. O. R. ∞ . D. C. XXII.

M. P. F.

Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021



5b-700

Von 7

MC





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



76.
28

US PRINCEPS
Dominus

GIUS

ignicensis

IS
NCOFURTANÆ
FICENTISSIMUS

T O R E
ICO
at q₃ Consultisß.

OPHORO
ILOSOPHIÆ

ore Publ.
u s,

Simus
MAGIRUS

og P.
erum infantulo

Æ
ficè apparat,
emiæ civibus
dictivo publicè

MANNIANIS;

